

## Band II., Nr. 393, Seite 160-161

*Bischof Herold von Würzburg überlässt die Pfarrkirche in Bieringen unter  
ausgedrückten Bedingungen dem Kloster Schöntal.*

Ohne Ortsangabe, 1171.

(Chr.) In nomine sanctę et individue trinitatis.<sup>a</sup> Heroldvs, dei gratia Wirzburgensis ecclesię episcopus, tam futuri quam presentis ęvi fidelibus. Quandoquidem episcopalis eminentia divina provisione ad hoc sublimatur in sancta, qnę domus eius esse dinoscitur, ecclesia, ut iusta querentibus, humiliter pulsantibus, pia devotione petentibus, ex debito offitii superintendens universis, aurem accomodet benivole exauditionis, nos, quos vicaria dignatione dominus fidei suę prefecit familię, notum facimus omnibus iusta desiderantibus, quod parrochiam ecclesiam in Biringen, rogatu domni Richolfi maioris domus prepositi, domni quoque decani et aliorum prelatorum nostrorum, cenobitis in Speciosa Ualle deo famulantibus contradidimus. Cum enim esset prefata ecclesia beneficii iure laicis mancipata, domnus Richolfus summus prepositus, necessitudini pauperum in predicta valle deo militancium misericordię visceribus compatiens, ex quorum laboribus omnes decimationes ad prefatam ecclesiam antiqua pertinebant institucione, a Boppone urbano comite, qui eam habuit in beneficio, itemque ab his qui eodem beneficii iure per ipsum possidebant, magno labore et multo suarum rerum impiendio de manibus violentorum liberavit, et ut predictis pauperibus ad eorum sustentacionem deputaretur obtinuit, adeo ut comes urbanus ab his qui ab ipso habebant eandem ecclesiam cum decimis reciperet, et receptam voluntarie nostris in manibus resignaret. Nos vero considerantes, quod cenobium et fratres inibi commorantes nullatenus subsistere possent, si decimas reddituum suorum ad manus proprias non haberent, ipsam eis parrochiam concessimus, tum pro remedio anime nostrę et intuitu misericordię, tum pro rogatu et instancia domni Richolfi, summi prepositi, ac domni decani et aliorum ecclesię nostrę prelatorum; ea dumtaxat conditionis lege, ut decimas curiarum suarum, in termino parrochiali positiarum, vel in futurum conquirendarum, quieta possessione retineant ad susceptionem hospitem et peregrinorum, reliquas parrochiano dimittant ad victualia et archidiaconi<sup>b</sup> servitia ac synodalia statuta frequentanda et capitula. Decrevimus etiam, ut moriente quovis parrochiano abbas et fratres quem velint tantum bonę conversationis sacerdotem subrogent et archydiacono adducant, ut ipse investiendum episcopali

<sup>a</sup>Die Invocatio ist in A, nicht aber in B in Elongata ausgeführt.

<sup>b</sup>B: *archydiaconi*.

## II

manui presentet supradicti tenoris conditione.<br> Huius nostrę constitutionis rationabile factum ne quis infringere vel immutare presumat, interdicendo denunciamus et denunciando sub anathematis sententia precipimus. Sed ut sit firmum, et inconvulsa stabilitate perpetuo maneat, ad futurorum posteritatem nostri sigilli testimonialem transmittimus impressionem. Huius rei testes sunt: Richolfus, summus prepositus. Persius decanus. Reginhardus prepositus. Bertholdus prepositus. Adelbertus custos. Godefridus cantor. Iohannes scolasticus. Heinricus Vachardus. Cûnradus cellerarius. Heinricus Caseus. Heinricus prepositus de <sup>1</sup>. Adelbertus prepositus de Herriden. Sigefridus de Muleburc<sup>2</sup>. Cunradus de Vroburc<sup>3</sup>. Adelbertus de Pfuzicha. Godefridus de Crutheim. Hermannus de <sup>4</sup>. Wezelo portarius<sup>c</sup>. De baronibus<sup>d</sup> hii testes afuerunt: Bobbo<sup>e</sup> urbanus comes. comes Cunradus de Kalawe. comes Bobbo de Lovfa<sup>f</sup>. Heinricus de Trimperc et frater eius Boppo. Cûnradus de Bockesberc et frater eius Wolframms de Bebenburc et frater eius Dietericus. Rûppertus de Vroburc. Cunradus de Wichartesheim<sup>g</sup> et fratres eius. Sigeboto<sup>h</sup> de Cimbere<sup>5</sup> et frater eius Tragebotho. Luitfridus<sup>i</sup> de Rosserith. De ministerialibus<sup>j</sup>: Billungus vicedomnus. Heinricus scultetus. Heroldus camerarius. Hartmût de Bischofswinede<sup>k</sup> et frater eius Rudolfus<sup>l</sup>. Richolfus de Dingoltheshusen<sup>m</sup>.

<sup>c</sup>Diese beiden im Original am Schluss der Zeile befindlichen Worte scheinen nicht von gleicher Hand mit dem übrigen Text. Im Anschluss folgt im Original die Zeitangabe von *Acta sunt* bis *eius VI.*, und das Zeugenverzeichnis *De baronibus* bis *Strumphā* ist mit blässerer Schrift hinter jener Angabe rechts und links vom Siegel nachgetragen. In B steht *Wezelo portarius* weiter vorn vor *Heinricus Caseus*  
*lt;7i*  
*gt; in der Zeugenreihe.*

<sup>d</sup>Von *De baronibus* ab ist in B die Zeugenreihe mit anderer Tinte von derselben Hand hinter dem Datum nachgetragen, rechts und links vom Siegel. Durch ein + ist auf die Stelle vor *Acta*, wo sie hingehört, verwiesen.

<sup>e</sup>B: *Boppo*.

<sup>f</sup>B: *Cuonradus comes de Kalewe, Boppo comes de Loufa*, letzteres aus *Kalewe* korrigiert.

<sup>g</sup>B: *Wicharthesheim*.

<sup>h</sup>B: *Sigebotho*.

<sup>i</sup>B: *Liuotfridus*.

<sup>j</sup>B: *De ministerialibus vero*.

<sup>k</sup>B: *Hartmuth de Bischoffswineden*.

<sup>l</sup>B: *Ruodolfus*.

<sup>m</sup>B: *Dingoldeshusen*.

<sup>1</sup>Ansbach.

<sup>2</sup>Vielleicht Mühlbruck.

<sup>3</sup>Unermittelt.

<sup>4</sup>Stammburg Altkatzenelnbogen.

<sup>5</sup>Zimmern, Grünsfeld, TBB, nicht Zimmern, Seckach, MOS.

### III

Cunradus<sup>n</sup> Furca. Richolfus de Dampfesdorf<sup>6</sup>. Heinricus dapifer comitis. Rumoldus de Strupha<sup>7</sup>.  
Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo CLXXI.<sup>o</sup>, indictione IIII., regnante domno Friderico Romanorum imperatore invicto, presidente Wirzburgensis ecclesie cathedre<sup>p</sup> domno Heroldo venerabili episcopo, anno pontificatus eius VI.

—

Der Textabdruck folgt dem Original (A).  
Das runde bischöfliche Wachsiegel war unten in der Mitte der Urkunde aufgedrückt und führte die Umschrift: HEROLDus DeI GRatiA WERZEBVRGENSIS *EP*C. Es ist heute verloren.  
Ein Duplikat der Urkunde (B) zeigt einzelne Textabweichungen, die in den Anmerkungen nachgewiesen sind. Die Verwendung von e ist hier nicht gleichmäßig, insbesondere hat das Duplikat *iure*, nicht *iure*. Das runde bischöfliche Siegel aus braunem Wachs, unten in der Mitte aufgedrückt, ist trefflich erhalten, 74 mm. Es zeigt den Bischof in vollständigem Amtsschmuck, mit der Rechten den Krummstab, mit der Linken ein aufgeschlagenes Buch haltend, worauf die Worte *PAX VOBIS* noch zu lesen sind. Der Bischof sitzt auf einem Stuhl, dessen Seitenlehne und Füße in Hundsköpfe und -taten auslaufen. Umschrift des Siegels: + HEROLDus. DeI. GRatiA, WERZEBVRGENSIS. EPiscopuC. Auf der Rückseite von einer Hand aus dem Anfang des 13. Jahrhunderts: *de parrochia in Birigin, qualiter eam episcopus Heroldus cenobitis Spetiose Vallis tradidit*. Diese Ausfertigung gehörte offensichtlich von Anfang an in die bischöfliche Registratur.

---

<sup>n</sup>B: *Cunradus*.

<sup>o</sup>B: *dominice incarnationis anno MCLXXI*.

<sup>p</sup>B: *episcopali cathedre*.

<sup>6</sup>Unermittelt.

<sup>7</sup>Unermittelt.

## Überlieferung und Publikationen

### Lagerort:

A: StA Ludwigsburg, B: StA Würzburg

### Signatur/Titel des Originals:

A: B 503 I U 244, B: Domkapitel Würzburg Urkunden 1171

### Überlieferung und Textkritik:

Duplikat (B) ehemals im HStA München, jetzt im StA Würzburg (Abweichungen siehe WUB, Bd. VII, S. 477-478; nach einer Anm. im Rep. von H. Decker-Hauff Fälschungen - dagegen: P Johanek, Die Frühzeit der Siegelurkunde im Bistum Würzburg (Quellen und Forschungen zur Geschichte des Bistums und Hochstifts Würzburg, Bd. 20), Würzburg 1969, S. 155, Anm. 35.

### Editionen:

Oetter: Historische Bibliothek, Bd. 2, S. 107–110.

## Weitere Angaben

### Sprache:

Lateinisch

### Ausstellungsort:

Ohne Ortsangabe

### Ortsindex:

Ansbach, AN<br> Bemberg : Rot am See SHA<br> Bemberg Wohnplatz (3196)<br> Bieringen Wohnplatz (2646)<br> Bieringen, Schöntal, KÜN<br> Bischwind, Dingolshausen, SW<br> Boxberg Wohnplatz (3669)<br> Boxberg, TBB<br> Calw Wohnplatz (6981)<br> Calw, CW<br> Dingolshausen, SW<br> Frobürg<br> Herrieden, AN<br> Katzenelnbogen, EMS<br> Kloster Schöntal Wohnplatz (2651)<br> Kloster Schöntal, Schöntal, KÜN<br> Krautheim Wohnplatz (2421)<br> Krautheim, KÜN<br> Lauffen am Neckar Wohnplatz (2024)<br> Lauffen am Neckar, HN<br> Mühlbruck, Herrieden, AN<br> Pfitzingen Wohnplatz (3839)<br> Pfitzingen, Niederstetten, TBB<br> Rossach Wohnplatz (2657)<br> Rossach, Schöntal, KÜN<br> Trimberg, Elfershausen, KG<br> Weikersheim Wohnplatz (3887)<br> Weikersheim, TBB<br> Würzburg, WÜ<br> Zimmern Wohnplatz (3774)<br>

Zimmern Wohnplatz (6176) <br> Zimmern, Grünsfeld, TBB <br> Zimmern, Seckach, MOS